Ill.mo ac R.mo D. D. D. Fransisco de Aguiar, et Seixas Mexicanæ Ecclesiæ Dignissimo Archiepiscopo, Regio que Conciliario etc.a

Frater Ferdinandus Toro Altamirano in sacra Theologia Præsentatus, ac huius D. Ludovici Collegij humilis Rector, ac Regens salutem in Domino etc.a



Cum iuxta statuta nri Collegij Rectoribus
ex officio incumbat fratres sibi subditos Ill.mis
Episcopis præsentare ad sacros ordines suscipi=
endos, ideo supplex (quam submisso animo
possum) Vestram Ill.mam Dominationem obtestor,
et oro, ut fratrem nrum fratrem Didacum
Gonzales Acolitum, ad S. Subdiaconatus
ordinem habeat tanquam legitime præsenta=
tum, moribus, ac scientia approbatum, cum
præmisso, rigoroso examine sufficiens extitat.
quo beneficio magis, ac magis inclinati excita=
bimur ad exorandam immensam Dei Benig=
nitatem ut Vestram Ill.mam Dominationem
tueatur, et augeat. Datis in hoc nro Regali
S. Ludovici Collegio, manu propria subscriptis,
et Sygillo officij nri munitis. Die decima septima
mensis Septembris. Anno Dni millessimo sex=
centessimo nonagessimo septimo.

Frater Ferdinandus de Toro Altamirano
Rector, et Regens.

De mandato R. admodum P. Pris Rectoris, et Regentis
Fr. Joannes de Zuñiga
Lect. Sacræ Scrip. et Notarius nominatus